



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

101 Conservatores à religione Hierosolymitana, qui eligi poßint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Auditori, quibuscumque conservatori-
bus in dignitate Ecclesiastica constitutis
electis, & eligendis, coram quibus de-
tentores sunt vocandi, quia nemo sua
possessione privari potest, nisi prævia ci-
tione, cum non sit de mente Pontificis,
ut quis removeatur à possessione sine
causa cognitione. Innoc. in cap. I. num.
4. de concess. præb. in 6. & Felyn. in c. s. n.
24. de præsump. sed tamen possessores re-
gula de annali, vel triennali juvari non
possunt, quia illis fuit derogatum cum
decreto irritanti, & clausula, sive in
præmissa, &c. ac sublata, &c. que
removent omnem facultatem aliter ju-
dicandi, vel interpretandi ex aliis al-
legatis.

Pro collatione & parochialium ecclæ-
siarum ab eadem Religione dependent-
ium; & sua dispositioni spectantium,
tenentur collatores personæ idoneas Or-
dinariis locorum, vel, si præceptoriae, à
quibus dependent, nullius diocesis exi-
stant, vicinioribus Episcopis ordinariis
ad examen præsentare, que examina
gratis, & absque aliqua impensa fieri
debent, à quibus examinati, & idonei re-
perti, collatores ejusdem ordinis easdem
parochiales conferre possunt, ut in ea
Bull. Pii V. cap. 139, incipit. expicit.
cir. med. & instab. c. priores. de com.

Vterius & Priores, Bajulivi, Castellæ-
nus emporiæ, commendatarii, milites,
fratres, personæ, vasalli, membra, loca,
& bona quæcunque ejusdem ordinis, sunt
exempta à quorumcunque locorum,
tam laicorum, quam Ecclesiasticorum
Ordinariorum jurisdictione, ita quod ra-
tione delicti, vel contractus, aut rei, de
qua agitur, ubicunque committatur de-

lictum, ineatur contractus, & res ipsæ
consistat, etiam si ex adverso aliqui cleri-
ci seculares, vel regulares, aut laici exi-
stant, sub plenaria, & omnia modis, etiam
meri & misti Imperii jurisdictione, & &
superioritate Magni Magistri, & conven-
tus existunt, ut in ea, Bull. Pii IV. pagi-
na 663. circa princ. pag. 665. & pag. 671.
circa fin. vers. necnon causas, & propterea
in commendatarios fratres, & personas
ejusdem ordinis, etiam gladii, & depo-
nendi facultatem, quam in delinquentes
illos habitu, commendis, & vita privan-
do habent, possunt exercere, ut in stab.
ejusdem ordinis. cap. indignum. cap. falsarij.
cap. frater. cap. qui prodiarie, cap. si fra-
ter, cum plur. seq. de pœn. & cap. habitu pri-
vatus. de verbis significat. In mero au-
tem & mixto imperio cum omnimoda
jurisdictione consistit gladii potestas ani-
madvertendi in facinorosos, & quam-
cumque jurisdictionem exercendi. I. im-
perium, & ibi gloss. in ver. mixtum, & Baro-
num. 8. Bald. num. 3. Paul. de Castr. num.
5. & Jas. num. 8. ff de juridic. omn. jud.
10. & sententiæ per eosdem Magnum
Magistrum, & conventum latæ, omneq;
commissiones, & citationes, collationes
Bullæ, & omnia sorundem rescripta, à
nullis locorum, & terrarum dominis, et
iam Ducali, aut Regali auctoritate ful-
gentibus, expectato consensu libere exe-
qui possunt, ut in ea. Bull. pag. 672. in
princ. vers. & similiter.

Præterea & præfati Bajulivi, Priores
præceptores, & fratres possunt personas
in dignitate Ecclesiastica ubilibet consti-
tutas, & quoscunq; locorum Ordinarios,
& eorum vicarios, officiales, canonicos
metropolitanos, & cathedralium, aliarūq;

Ecclæ-
Se 3



Ecclesiarum Prælatos, & rectores auctoritate Apostolica in conservatores eligere, & deputare, qui quandiu officium conservatoris exercent, à nemine possunt impediri, quo minus exequantur contra inobedientes sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas promulgando, eod. fol. vers. necnon personas, & licet regulariter conservatores impedimento esse non possint, quo minus coram Episcopo, sive alio superiore ordinario in criminalibus, sive misericordia causis quis possit accusari, & conveniri, nec in civilibus causis actor aliquem apud suos † conservatores judices in judicium trahere posse, litterarumque conservatoriarum beneficio ultra quinquennium nemo gaudere, nec conservatores Tribunal erendum habere valeant. concil. Trident. cap. 5. de reform. sess. 14. nec in causis, quæ judicialem indaginem exigunt, procedere repossint, cap. 1. in fin. & cap. fin. de off. deleg. in 6. & ibi Innoc. d. cap. 1. num. 4. in hoc tamen religio Hierosolymitana, 103 † & Universitates studiorum, & collegiorum à concil. declarantur exemptæ, etiam quod causæ graves sint, & plenariam cognitionem requirant, sed, quoad Universitates, prosunt tantum doctoribus, & scholaribus in eisdem universitatibus operam suam havantib⁹, congreg. conc. in declarat. super eo. cap. 5 de reform. in decis. sub tit. Lovenien & Mediolanen. 104 † ac Oscen. omnibusque regularibus fuit concessum, ut in civitatibus Italiæ sibi conservatores eligerent, coram quibus convenirentur, semelque electos non mutarent, ac eorum nomina intramensem Episcopis lacorum indicarent, 105 alioquin coram ipsis Ordinariis conve-

niri possunt, ut per congreg. ibid. super eo. cap. 5. in declarat, quæ incipit Sanctissimus.

Conservatore autem semel electo, illic non licet ab eo recedere, & ad alium conservatorem pro illius causa expeditione confugere: ut ibidem super eod. cap. 5. §. quod Regulares, & alia regularia loca sub dispositione ejusdem decreti concilii non comprehenduntur, ut in eod. Decret. in fin. Et propterea juxta suorum privilegiorum dispositionem conservatores procedere possunt, præsertim contra eos, qui eorum privilegia infringere prætendant, gloss. in d. cap. 1. ibi Innoc. num. 1. de off. delegati. Ideò contra exercentes in ipsis, & eorum bona, jurisdictionem, visitationem, correctionem, aut passagis, artagia, gabellas, datia, tractas, collectas, decimas, census, novalia, subidia, etiam charitativa, congrua portiones, jucundum adventum, pastor bonus, aut alia onera, etiam iura synodalia, & Seminarii puerorum, ac pro reparatione pontium, fontium, furnorum, murorum, aut alia onera imposita, & imponeenda ab ipsis, seu eorum colonis, laboratoribus, & personis ejusdem Religionis exigere prætendentibus, qui omnes sunt excepti, ut in prædicta Bulla Pij IV. pag. 662, vers. nec non à solutione, & pag. 672. post med. vers. nec omnino, ac Pij V. constitut. 76, pag. 1036. Greg. XIII. motu proprio cap. 62. vers. necnon felicis pag. 1287. concil. Trid. cap. 18. de reform. sess. 23. conservatores præfati procedere, & Religionem, ac alios prædictos tueri, & defendere tenentur.

Limitatur tamen † in Episcoporum visitatione, in his dumtaxat, quæ anima-

IUM

